DE VITA RELIGIOSORUM
BUSCO-DUCENSO
S. A. C. 1487

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

~~216~~
150.
C. 31.
CA. 1746

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Liber de Vita Religiosorum. / Impressus in Busco-Duc[is]
sine anno. sed circa 1487

/ Versibus Leoninis
Init. sec. XVI. ?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Incipit liber de vita religioſoꝝ

Religioſoꝝ dat hic
doctrina viroꝝ
Que bñ diſcrētes
⁊ in illa pſiciētes
Eſſe docet tales
tā iuſtos ſpūales
Vt v̄tute cruc̄ veni
ant ad gaudia lucis
Laus ⁊ hōr xpē tua
gloria ſit liber iſte
Sitqꝫ timoroſi documentum religioſi
Quo bene ferueſcit virtutibus vndiqꝫ creſcit
Moribus ornetur viuens in pace moretur
Te duce letetur ſit ſaluus cum morietur
Suſcipe viuendi doctrinam proficiendi
Quam tibi deſcripſi quia ſeruulus es crucifixi
Hec tibi doctrina moralis ſit medicina
Per quam proficias et cautior vndiqꝫ fias

¶ De memoria mortis

¶ Sepe recorderis bone frater ꝙ morieris
In tractu mortis nimis eſt anguſtia fortis
Quam tu guſtare nec oportet te dubitare
Vebis in fine nec proſunt tunc medicine

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Hanc ſi mente geris ſi credis et eſſe fateris
Cur non talis eris quaſi mortem iam patereris
O q̄ triſtis eris niſi viuens hec oꝑreris
Per que ſalueris poſt mortem glorificeris
Quod feciſſe voles in tempore quo morieris
Hoc facias viuens dum corpore ſanus haberis
Spernere coneris que nolles ſi moreris
Que nolles moriens oꝑrari reſpue viuens
Hec fuge viuendo que nolles et moriendo
Hoc age victurus quod velles et moriturus
Ante tuos oculos in cunctis preuia ſit mors
Mortem corde tene ſi vis te noſcere plene
Si caro te fedat mors non de corde recedat
Pone cor ad mortem viciorum pelle cohortem

¶ Q̄ homo reputet ſe defunctum

¶ Quidquid agas fortem venientē reſpice mortem
Sis quaſi defunctus quaſi fetidus atq; ſepultus
Talem te reputes vt cuncta ꝑicula vites
Non ſis abſq; metu ſuſpirans vtere fletu
Penſa cum gemitu quia maſſa putredinis es tu
In te quidquid habes eſt fetor et horrida labes
Qui cito verteris in feces cum morieris
Forte ſepultus eris cicius q̄ tu mediteris
Te reputa ſtultum ſi credis viuere multum
Nec domino ſeruis ſed ſemꝑ vbiq; proteruis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Letofagi multi tua rodent membra ſepulti
Fac bene ne ceſſes viuas quaſi mortuus eſſes
Qui cito marceſſes, et tumba qua requieſces
Vndiqꝫ corroſus. et totus vermiculoſus

¶ Quō homo debet de ſepulchro cogitare

¶ Hoc tibi ſit menti carnem ſuperare volenti
Qualiter in turpi ſtabis fetore ſepulchri
Pallidus obſcurus et vermibus eſca futurus
Et tibi ſit lucrum caute memorare ſepulchrum
In quo fetebis putrefactus quando iacebis
Sic caueas homini ne dicas deditus vlli

¶ Quō homo fugiat ludum nec curet ludere

¶ Ludere non cures quia poſſes ledere plures
Non laudo ludum nec ludi diligo fructum
Sepe ſuam ledit animam qui ludere querit
Eſt ſatis illuſus qui ludos vertit in vſus
Reſpue ludentes et ludos et cupientes
Non cupias ludum ſed xpriſtum reſpice nudum
Non cruce ludentem pro nobis ſed morientem
Sperne iocos prauos crucifixi reſpice clauos
Aſpicias mundas crucifixi ſanguinis vndas
Et domini lacrimas pro nobis in cruce fuſas
Sanguine nos emit qui nos moriendo redemit
Hunc bene qui cernit ludos et friuola ſpernit
Ille beatus erit crucifixum qui modo querit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

¶ Qualiter hō ſemp̄ crucifixo inhereat

¶ Firmiter innixus tibi cordi ſit crucifixus
Sit cibus et potus iheſus tuus in cruce totus
In cruce ſit nudus. tibi letus. ſit tibi ludus
Crux quaſi mellita tibi ſit dulciſſima vita
Qua bene paſcaris qua viuas qua moriaris
Dū comedūt fratres comedas ⁊ tu reuerenter
Pro quibus hec dentur recolas orando libenter
Guſtando tacitus. ſis ſobrius et moderatus
Serua guſtando. quid. quātū. quō. quando
Ne doleas mentem. ſtudeas cōpeſcere ventrem
Leſio ſit menti niſi ſit cuſtodia ventri
Non circūſpicias alios. cum ſumpſeris eſcas
Corpore paſcaris. ꝫ cordis pace fruaris
Non aliter comedas. niſi certa ſemper in hora
Qua comedunt alij. nec queras tunc meliora
Finito cibo referatur gratia xpiſto

¶ Qualiter anima paſci debeat

¶ Ut paſcas animam. ſatagendo perfice curam
Si corpus fragile. fetidum. miſerabile. turpe
Debile peſtiferū moribundum funditus egrum
Cum quaſi ſit cenum marcens putredine plenū
Undiqꝫ probroſum vas fedum vas maculoſum
ꝙ cito tranſibit moriens et forte peribit
Sic paſcis ſatias et nutris vermibus eſcas

Cur animã miſerã. vacuã nõ paſcis egenã
Que ſua vult cura. cum numqꝫ ſit moritura
In cruce quere cibos. que criſti paſcit amicos
Et cibat illoꝝ. preſertim corda viroꝝ
Qui crucis in ligno. confidunt corde benigno
Dulcis vbiqꝫ cibus tibi criſtus ſit crucifixus
Paſſio mors te crux te ſanguis inebriat et crux
Lamentum gemitus. dolor et ſuſpiria fletus
Iſta cibus ſapidus et potus ſunt animabus
¶ Stes ſatis in cella vitando plurima bella
Que foris infeſtant cruciant et ſepe moleſtant
Cellaqꝫ qua ſedeas. tibi ſit qua celica cernas
In qua permaneas. res contemplando ſupernas
Ores. atqꝫ legas mediteris crimina plangas
In cella ſtabilem. te cella mente virilem
Sit tua pax anime. requies habitatio celle
Sic eris in cella. ne perdas tempus in illa
Si dubium queris. caueas ne mente vageris
Corde iheſum teneas ſic ſaucius in cruce fias
Vt quaſi paſſus idem ſecum moriaris ibidem
Segniciem pellas. vicioꝝ germina vellas
Mens tua ſit munda. ſit libera pacis habunda
Sit bene purgata. ſit lucida pacificata
Nil tibi ſit ſordis. tibi ſit compunctio cordis
Cum gemitu plores. ſtudeas componere mores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Cella quieſcentem te cellat proficientem
In cruce feruentem crucifixum corde gerentem
Cor teneas ſurſum ſtudioſe perfice curſum
Fac ſtudium verum de cella ſcandito celum
Ad cellam fratris compulſus ſi gradiaris

¶ Quō homo debet vitare ocia

¶ Eſto foris timidus ſubmiſſa voce loquaris
Sicut homo pacis ſermonibus vtere pacis
Cite ſi plura cupias diſcedere cura
Omnia que leuiter animas occidere poſſunt
Cum viuis vita tibi ſemper ſint inimica
Ocia pigrorum fiunt ſentina malorum
Per que ſepe cadunt ſic in diſcrimina vadunt

¶ Quō religioſus homo debet ſe exercitare

¶ Cum faciunt opera fratres cōmuniter illa
Surge cito propera venias gaudenter ad illa
Nec ſis poſtremus veniendo ſed quaſi primus

¶ De diuino officio quō reuerēter dicatur

¶ Cum campana ſonat confeſtim ſurge volenter
Intrans eccleſiam ſtudeas orare frequenter
Intrans primus eris ſtans vltimus egredieris
Ora deuote intenta mente quietus
Hec tria ſint tecum. gemitus ſuſpiria. fletus.
Si vis orare pedibus tibi conſulo ſtare
Sed melius ſtatur orando q̄ ſedeatur

Et magis vtiliter et honeſte plus reuerenter
Celos aſpicias. deuote. qui plus oras
More iheſu facias. gemitus. ſuſpiria promas
Vel genibus flexis veſcens celeſtibus eſcis

¶ De fletu ⁊ lacrimis

¶ Des operam lacrimis. ſtudeas paſcaris in illis
Plangere nitaris et planctibus afficiaris
Vt conſoleris dulcedine qua pocieris
Se nimis indurat qui numq̃ plangere curat
Sepius effunde lacrimas et pectora tunde
Cordis habe gemitum. dum viuis ſemper amicū
Ne mala te frangant tibi cor ſuſpiria tangant
Si fles peccata. dabitur tibi vita beata
Sepe dolens plora qui queris regna decora

¶ ꝙ nūq̃ malū de proximo dicas

¶ Nunq̃ deſpicias alios. ſed nec maledicas
Que bona ſint diſcas. aliqū non reſipiſcas
Semper proficias. iheſu bonus aſſecla fias
Oſſa ſepultoꝝ tibi ſint ſuffragia moꝝ
Cum tibi res pulchra blanditur cerne ſepulchra

¶ ꝙ hō cogitet ꝙ erit vile cadauer

Vile cadauer eris rege te ſuper hoc mediteris
Vile cadauer eris videas quid nunc opereris
Vile cadauer eris qui ſplendidus eſſe videris
Vile cadauer eris cur ſic laſciuus haberis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Vile cadauer eris. cur non peccata vereris
Vile cadauer eris. cur ergo tumeſcere queris
Vile cadauer eris. famuleris non domineris
Vile cadauer eris. tibi ſemper iuſtificeris
Vile cadauer eris. tibi vilior eſſe puteris
Vile cadauer eris. minor omnibus eſſe proberis
Vile cadauer eris. timeas ne tu reproberis
Vile cadauer eris. ſtudeas vt iuſtificeris
Vile cadauer eris. crucifixum ſic ꝑmiteris
Vt cruce ſalueris. crucifixo conſocieris

¶ Quid ſit faciendū vt hō ſit bon⁹ religioſus

¶ Si cupis eſſe bonus et verus religioſus
Vt placeas xpriſto. ſuper hoc bene ſis ſtudioſus
Carnem compeſce. ſtude caſtiſſimus eſſe
Verba locus vſus viſus tactus gula riſus
Quot deceperunt. qui caſte viuere querunt
Protinus agnoſce reſeca quod poſſet obeſſe
Comede pro poſſe cum noueris eſſe neceſſe

¶ ꝙ homo non obediat carni

¶ Carni ne credas. fugias a labe recedas
Que te fedare vult ledere vult maculare
Sicut ab interitu caueas a fulminis ictu
Ne tibi ſe ſibi te dones ſed carnem ſub pede pones
Quam bene calcabis conſtringas atqꝫ domabis
Vt bene proficiat crucifixo ſubdita fiat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

¶Quid ſit ipſa caro

¶Eſt caro dampnoſa res lubrica res ruinoſa
Feda mendoſa res horrida pernicioſa
Falſa ruminoſa. vaga labilis et furioſa
Ceca tenebroſa res ſordida. res maculoſa
Vilis et exoſa res fetens obprobrioſa
Vndiqꝫ corrupta. miſeraqꝫ propagine ducta
Beſtia crudelis. infelix plena querelis

¶Qꝫ homo habeat grauitatem

¶Quātūcūqꝫ potes. grauitatem ſemper habeto
Fratribus obprobria effundere verba caueto
In cunctis humilem ſtudeas te reddere multum
Sis bene ſollicitus. fratrum vitare tumultum

¶De ſilentio

¶Si vis gaudere ſtudeas in pace ſilere
Paſſus amara ſile cor nobile ferto virile
Vt ſileas corde nec non veraciter ora
Ne reprehendaris caueas vt recta loquaris
Vir magis eſt tutus tacitus ꝙ̄ ſepe locutus
Hoc bene ſeruanti laus eſt in carne manenti
Magna quidem vere ſapientia ſcire tacere
Religioſe tace. fuge lites. vtere pace
Paſſus et afflictus fuerat iheſus benedictus
Sis ergo tacitus vt et ipſum ſis ymitatus

¶De ocio fugiendo

¶ Ocia ſic obſunt animas ſic ledere poſſunt
Qꝫ qui ſectantur ſordeſcunt et maculantur
Ocia ſpernenda quaſi peſtis ſunt fugienda
Prorſus in hac vita tibi ſemper ſint inimica
Corde manu lingua fac corde negocia digna
Sudauit dominus cur diligit ocia ſeruus
Mentem ſudores pro xpriſto ferre labores
Qui pro te fleuit crucifixus non requieuit
In cruce langueſcas igitur nec tu requieſcas

¶ De bonis moribus

¶ Diſce bonos mores vt fratres ſemper honores
Iure ſenes iuuenes et magnos atqꝫ minores
Eſto verecundus tacitus ſermone modeſtus
Virgꝫ timoratus reuerens diſcretus honeſtus
Condoleas alijs et multum compaciaris
Sis homo ſenſatus caueas ne falſa loquaris
Sermo tuus cunctus ſit verus ſemper et vnctus

¶ De rumoribus fugiendis

¶ Tu noua non referas taceas nec talia queras
Rumores vanos mundanos ſperne prophanos
Non referas verba que nunqꝫ ſunt referenda
Eſt nimis in lingua modus et menſura tenenda

¶ Qꝫ homo loquatur cum condicione
aliquid promittendo

Si quidquid fari proponas aut operari

Vtere ſermone cum quadam conditione
Dicens hoc faciam ſtudeas apponere forſan
Nullus prenoſcit quidquid contingere poſſit
Nemo poteſt ſcire que poſſunt cuncta venire

¶ De obſequio faciendo

¶ Cum facis obſequium facias in pace ſilenter
Poſt opus impletum diſcedas tunc ſapienter
Nitere prudenter cunctis ſeruire libenter
Te ſatis exerce ſtudeas ſufferre laborem
Hoc ſolum facias crucifixi propter amorem

¶ De infirmis

¶ Sis pius infirmis benefac ſis ſedulus illis
Cum magis indigeant per te ſibi plurima fiant
Auxiliare ſatis afflictis et tribulatis
Quod fieri tibi vis alijs fac quando valebis
Hoc facias alijs quod ab ipſis ipſe requiris
Numq̄ contendas ſed ſolum te reprehendas
Si reprehenſus eris te corrige ne tribuleris
Sed magis intendas ad grates tunc referendas
Vt fugias lites ſimul et conuicia vites
Cede reſiſtenti contraria verba loquenti
Tunc bene maior eris ſi vinci te pacieris

¶ Q̄ homo ſe humiliet ne reprehendatur

¶ Si qui contendunt et dure te reprehendunt
Tunc dicas illis et magis atq̄ puſillis

6

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Sum peccator ego qui culpa non ſine dego
Vos michi parcatis parcendo ſufficiatis
Sic domino cari ſtudeatis me miſerari
Ut vobis veri cupitis iheſum miſereri
Ut parci vobis cupitis ſic parcite nobis
Non blaſphemabis et turpia non reſitabis
Mundiciam cordis et lingue ſemper amabis
Nomine clamabis proprio quēcūqꝫ vocabis
Nec ſis verboſus et nulli ſis oneroſus
Sis bene lucroſus ſis omnibus obſequioſus
Ut bene procedas plus doctis ꝙ̄ tibi credas

¶ Qꝫ homo debet ſemꝑ obedire maiorib⁹

¶ Promptus obedire maioribus inueniaris
Sepius et pure deuote confitearis
Serua ſollicite ſicut mandata fuerunt
Que tibi diſcrete maiores inſtituerunt
Ne valeas ledi prelato ſemper obedi
Quem tu portabis paciens reuerenter amabis
Semper honorabis merito pro poſſe iuuabis
Cui bene patebis quaſi patrem iure timebis
Si tot adhuc ponis noſces quia ius rationis
Hoc iubet hoc recipit hoc poſtulat atqꝫ requirit
Xpiſtus obediuit pro te pauperculus iuit
Medicus audiuit doluit fleuitqꝫ ſitiuit
In cruce dormiuit poſtq̄ tormenta ſubiuit

Se nimis afflixit pro te dum corpore vixit
Indiſcrete preceps mendax rixoſa doloſa
Murmurat obliquat ardet male perficit obſtat
Fur rapit excuſat fugit tranſitq; cauillat

¶ Q̄ hō ſit in ōnibus humilis et ſubiectus

¶ Sis humilis corde ſi viuere vis ſine ſorde
Sit tibi ſermo grauis humilis dulciſq; ſuauis
Sit tuus inceſſus placidus maturus honeſtus
Sis humilis valde ſis corpore pronus vbiq;
Demiſſo capite demiſſa ſubdere mente
Mens tua ſit ſurſum facies tua fixa deorſum
Reſpicias terram quoniam verteris in illam
In modica foſſa caro ſtabunt ſanguis et oſſa
Vna breuis foſſa carnem retinebit et oſſa
Pro te ſollicite deplange pericula vite
Finis oſtendit quo mundi gloria tendit
Tu vicium vince tua flens peccata relinque
Sis humilis rite ſine fraudibus et ſine lite
Sit tibi diſcendi potius q̄ cura docendi
De minimis diſce ſis paruulus et minor ipſe
Sis humilis ſeruus nec ſis ſermone proteruus
Nec te laudabis nec te magnum reputabis
Cum miſer et cecus ſis pauper homūcio nudus
Sordibus obſcenus fragilis putredine plenus
Sis humilis xpriſti teneas exempla magiſtri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Vt patiens humilis ſis ad tormenta virilis

¶ ꝗ nomen xpriſti habeatur in reuerentia

¶ Flecte caput xpriſto dum corpore viuis in iſto
Si caput inclinas xpriſto tibi das medicinas
Si caput inclinas poteris vitare ruinas
Quādo ihesum xpriſtū quis nominat hūc bn̄dictum
Si bene cor prebes caput illi flectere debes
Mirificum xpriſtū quociens quis nominat ipſum
Illico flectatur caput illi cor fateatur
Laus ſibi promatur crucifixum lingua loquatur
Vt benedicatur hoc ſemper mens teneatur
Sit tibi vox blandis xpriſtum cum protinus audis
Dici narrari ſeu ſcribi vel recitari
Sit tibi cor plangens et amoris facibus ardens
Iheſum quem queris cōtemplās hunc mediteris
Hunc laudare velis dum vixeris et morieris
Ad laudem xpriſti crucifixi nos miſerantis
Corporis et mentis caput hoc flectatur amantis

¶ ꝗ hō nō ſit ad riſū pn⁹ vel facilis ad diſſolutionē

¶ Non ſis ad riſum pronus qui vis paradiſum
Nam nimius riſus nimis eſt quandoqꝫ nociuus
Mos eſt ſtultorum nimium ridere virorum
Hoc inhoneſtatis puto ſignum vel leuitatis

¶ ꝗ homo fugiat omnes mulieres

Si xpriſtum queris vultum fugias mulieris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Cedere teneris fugiendo ne reprobieris
Tecum bella geres ſi cernere vis mulieres
Si procul aſtabis anime tibi lucra parabis
Viuas lege poli mulieres cernere noli
Deſpue ſic illas ac magnas atq; puſillas
Vt nullam noſcas nec ſecum viuere poſcas
Illud mente gere niſi caueris a muliere
Non poteris vere crucifixo iure placere
Cum ſecum loqueris tunc paucis vtere verbis
Sollicite multum ſtudeas auertere vultum
Non bene munitur qui proſpicit vnde feritur
Femina formido ſemper ſit vbiq; perito
Qui cupit eterna celeſtia regna ſuperna
Sunt quaſi merores mulieres ſintq; timores
Et quaſi ſpinarum punctura viſus earum
Taliter horrebis mulieres ſiue cauebis
Vt quaſi ſerpentes fugias mordere volentes
Femina preclara facie quaſi peſtis amara
Et quaſi caligo rubigo mortis origo
Femina iuſtorum laqueus quaſi morbus eorum
Femina ſepe ferit hominem qui mollia querit
Et quaſi fermentum corrumpit cor ſapientum
Viuere ſi cupias fugias ne tu prope fias
Et vix accedas compulſus ſponte recedas
Conſulo ſic eſſe niſi ſit quandoq; neceſſe,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

¶ De triplici amicicia vitanda

¶ Non ſit amicicia triplex nimiū tibi ſtricta
Pſeudo viros fugias et eorum dogmata ficta
Et fuge mellita mulierum verba polita
Vtere cum ſenibus que ſunt puerilia vita

¶ Cum quibus debet homo conuerſari

¶ Qui tibi ſunt patres ſpeciales elige fratres
Sint mores quorum quaſi flos et lux aliorum
Cum quibus vtaris mores exempla ſequaris
Hunc habeas morem teneas vbicumqꝫ moraris
Actus conſidera quorum ſcis fore vita beata

¶ ꝙ hō dēt fugē loca in quib⁹ illicita audiūtur

¶ Porticus et vici ſemper tibi ſint inimici
In quibus illicita referuntur noxia dicta
Vt bene pacatus pacificus ſit foris intus
Stes alibi potius dum vis requieſcere pauſa
Non ibi ſtes ſedeas niſi debita ſit tibi cauſa

¶ ꝙ homo ſemper ſit amicus paupertatis

¶ Perpetuus fidus ſis paupertatis amicus
Que te ſectetur in te videatur ametur
Hec tibi ſponſetur tua ſit tecumqꝫ moretur
Huius amator eris dum vixeris et morieris
Paupertas pura vult quatuor ad ſua iura
Hec non liuore nil velle ſuum nec habere
Pauper amicorum rerum cenſus viciorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

¶ Quō debemus domino iheſu condolere

¶ Si iuſtus fueris crucifixo compaciens
In cruce ſemper eris dum vixeris et morieris
Si vis regnare crucifixo compaciare
Secum portare cruciamina non vereare
In quo ſi ſperas crucifixi vulnera queras
Iheſum mente geras ſibi laudes concine veras
Verbera liuores crucifixi plange dolores
In cuius plagis nimis eſt medicina ſuauis
Condoleas xpriſto qui ſeruulus es crucifixo
Fac tibi lamentum crucifixum plange cruentum
Cum domino plange te ſepe doloribus ange
In cruce fige moras recolas per quaſlibet horas
Qualia ſit xpriſtus pro te cruciamina paſſus
Nocte dieqꝫ pie crucifixum quere marie
Sit tibi plena fauo crucifixi dulcis ymago
Qua delectari valeas in pace morari
Et iocundari dulcedine ſpiritu ali
In cruce diſtenta caro xpriſti facta cruenta
Membra cruci ſuncta clauorum cuſpide puncta
Pro te defuncta tibi ſint ſolacia cuncta
Pone cor ad xpriſtū ſuſpira plange magiſtrum
Cum lacrimis ipſum ſitias iheſum crucifixum
Diſce ſuos mores ſecum portare dolores
Hoc ſatis eſt equum teneas veſtigia ſecum

Non alio vergas ſed eodem tramite pergas
Ile mediatorem voluit qui ferre laborem
Corpore liuorem pro te nimiumqꝫ dolorem
Reſpice ſudorem crucifixi lambe cruorem
Cor per merorem crucifixi plangat amorem
Verum dulcorem ſapidum dulcemqꝫ ſaporem
Celi candorem videas mutaſſe decorem
Virgineum florem nimiū qui ſpirat odorem
Si geris hunc morem te cunctis redde minorem
Iſta tue menti ſolacia ſint cupienti
Se bene paſcenti crucifixo compacienti
Cor tibi ſcindatur iheſus tuus ingrediatur
Qui tibi dulceſcit tua mens in qua requieſcit

¶ Quō religioſus homo viuet

¶ Religioſe bone qui ſerues religione
Te lacrimando mone fac viuens cum ratione
In cruce te pone crucifixi cognitione
Religioſe bone cor funditus in cruce pone
Plange doloroſe crucifixum religioſe
Cum gemitu flendo crucifixo compaciendo
Que tibi cor frangat compaſſio fortiter angat
In cruce plagatum cor foſſum ſit gladiatum
Tamq̄ ſi xpriſtum videas pro te crucifixum
In cruce pendentem cui te ſic iunge dolentem
Ac ſi penderes moriens ſecumqꝫ doleres

Religioſorum ſtudium laudatur eorum
Qui compunguntur crucifixo compaciuntur
Cum cruce ducuntur crucifixi verba ſequūtur
Cum cruce funguntur cruce fortes efficiuntur
In cruce paſcuntur cruce viuūt et moriuntur
Optima cunctorum quid eſt medicina dolorum
Pulſio morborum confectio plena ſaporum
Crux deuotorum cibus eſt et lux oculorum
Et decor illorum qui querunt regna celorum
In cruce vita datur vt mors inimica fugatur
In cruce qui gaudes ſpeciales dic ſibi laudes
Sit crux in corde crux corpore crux ſit in ore
Crux tibi ſit redolens et dulci plena ſapore
Crux oculis coram tibi ſit nec deſit ad horam
Crux manibus detur crux auribus aſſocietur
Intus et exterius tibi ſemper et vndiqꝫ ſit crux
Crux tibi ſit ſaltem vicibus meditatio ſeptem
In cruce vulneribus tua ſit protectio virtus
Vt faciant multum tua queqꝫ negocia fructum
Sepe crucis dignum ſtudeas premittere ſignum
Rebus dicendis ſtudioſius et faciendis
Crux premittatur vt res bene perficiatur
Gloria magna tibi ſit ſemper crux crucifixi
Qua bene conſciſſi quaſi flores ſunt paradiſi
Forma crucis ſancte tibi retro ſemper et ante

b 2

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Sit tibi ſermo lucis quaſi fons et copia crucis
In cruce ſacrata tibi ſit data vita beata
Crux tibi ſit riſus crux gloria crux paradiſus
Crux tibi lux orta crux vite crux tibi porta
Crux tibi dulcorem tribuat dulcemq; ſaporem
Crux tibi ſemper amen ſit virtus atq; iuuamen
¶ Paſſio dominica tibi ſemper ſit medicina.
Sanguis ſacratus tergat de corde reatus
Te lauet a maculis tua ſit protectio ſanguis
Quem deus impendit pro nobis quando pependit
Vulnera ſacrata tibi ſint medicamina grata
Ante crucem plora crucifixum pronus adora
Vt pius abſq; mora te ſaluet mortis in hora
Sepe genu flexo flens ſies coram crucifixo
Cum patre lamento lacrimis orare memento
In cruce pendentem qui reſpicis omnipotentem
Corde quidem meſto doleas et flebilis eſto
Hoc age feruendo crucifixo compaciendo
Cui ſis innixus quaſi ſecum ſis crucifixus
Religioſus homo cui morum dogmata promo
Criſto preſtante poſitis in verſibus ante
Sit bene munitus ſit in hijs atletha peritus
In prece deuotus quaſi ferueat in cruce totus
Sit quaſi plagatus crucifixo conſociatus
Vi crucis adiutus crucifixi dona ſecutus

Viuens gaudebit poſt mortem regna tenebit
In quibus eſt grata requies lux vita beata
Qui crucis ardore langues ipſius amore
Quodam dulcore perfunditur interiore
Dulcis amica tibi paupertas ſit crucifixi
Qua nimiū diues diuino munere viues
Si bene conſtanter illam ſeruabis ouanter
Pendentem nudum crucifixum reſpice dudum
Sanguine manantem lacrimando vociferantem
Qui voluit vere pro te lacrimando dolere
In cruce ſpinoſus pauperculus obprobrioſus

¶Quō hō preſto ſit dicere culpam

¶Te peccante tuam ſis preſto dicere culpam
Coram fratre tuo ſed nec tardaueris vnq̄
Tu cito conaris et fratrem conſiliaris
Quem tu leſiſti turbaſti ſeu nocuiſti
Flecte cor et genua proſtrato corpore curua
Teq; vilifica veniam depoſcere cura

¶De pacientia ſeruanda in omnibus

¶Grata medela tibi pacientia ſit crucifixi
Qua duce fundatus paciendo ſis ymitatus
Vt bene ſuſtineas pacienter cuncta ferendo
Funditus intereas crucifixi vulnera flendo
Eſto vigoroſus tam cautus et ingenioſus
Vt non deficias ſed fortis ad omnia fias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Pro xpriſto leuiter portando dura libenter
Vt pacienter agas crucifixi reſpice plagas
Et penas mille recolas quas pertulit ille
Quis ſit temptatus quis tantum viliſicatus
Quis tam deriſus quis tam deſpectus et ymus
Quis tam offenſus quis durius eſt reprehenſus
Quis ſit afflictus paciens in morte relictus
Quis magis afflictus fuit vnq̄ ꝙ crucifixus
Hec ſi mente geris pacienter efficieris
Que tibi ſi ſapiant cruciamina dulcia fiant
Sis paciens vere xpriſto confixus adhere
Vt non ſuccumbas nec te per inania tundas
Aſpera dum toleras ad xpriſtum mente recurras
Conformare ſibi qui gaudia vis crucifixi
Vt ſibi concordes penas et vulnera portes
¶ Quando flagellaris ſine cauſa vel tribularis
Non affligaris quia xpriſto tunc ſimilaris
Non contriſteris hic ſi deſpectus haberis
Xpriſto quem queris ſimilis tunc eſſe mereris
Hec tibi ſint cara quis videantur amara
Tanta fuit paſſus moriens pro te crucifixus
Si bene penſabis leue fiat quod tolerabis
Hec medicina datur pacienti qui tribulatur
Vt recolat xpriſtum quem ſcit pro ſe crucifixum
¶ Ꝙ homo ſit exemplum aliorum

¶ In te ſanctoꝝ vigeant moderamina moꝝ
Actibus in cunctis exemplum ſis aliorum
¶ Non ſis delator nec mordax inſidiator
Sis pius hortator aliorum pacificator

¶ ꝙ homo non ſit accuſator

¶ Ante deum ſordes ſi cunctos vndiqꝫ mordes
Os non cuſtodis aliorum viſcera rodis
Deſine mordere ſtudeas tua crimina flere
Si cupias vere que celica ſunt retinere
Reſpice clementer excuſa compacienter
Hos qui delinquūt ſua quos peccamina vincunt
Sis ſecum triſtis vtens ſermonibus iſtis
Peius feciſſem niſi me xpriſtus tenuiſſet
Plus ego peccaſſem ſi non michi dona dediſſet
ꝙ non es victus vicio non eſt tua virtus
Hoc bonitas xpriſti fecit. ꝙ non cecidiſti
Sicut cenſeri vis excuſatus haberi
Sic excuſabis alios orando iuuabis

¶ ꝙ hō nō loq̄tur aliq̄ vn̄ poteſt diſcordia oriri

¶ Hoc penitus ſerua ne dicas vlla proterua
Ex quibus audiri diſcordia poſſit oriri
Non ſis verborum penitus recitator eorum
Ex quibus auditis generatur ſemita litis
Abſentis vitam timeas corrodere fratris
Nec maculare velis animam ſermonibus atris

Argue te ſolum nec iudex ſis aliorum
Cum tibi multoꝝ non deſit cauſa dolorum
Que bona ſunt fari ſtudeas et ſic operari
Ne dampnare velis quos tu non vis ymitari
Eſto tui cenſor aliorum non reprehenſor
Cum viuas multis circundatus vndiqꝫ culpis
Sepe tuam vitam condempnes non alienam
Cumqꝫ tuam videas nimio diſcrimine plenam
Eſto tue vite ſcrutator non aliene
Cum non ſufficias tua ſcire negocia plene
Que tua ſunt videas aliorum facta relinquas
Que tibi prodeſſe nequeunt ſed ſemper obeſſe
Si quis te ledit deridet nec tibi credit
Illico parce ſibi quia ſeruulus es crucifixi
Qui non offendit parcens moriendo pependit
Pro miſeris plorans pro tranſgreſſoribus orans
Premeditare ſero videas quoqꝫ carmine vero
Quomodo vixiſti dum clara luce fuiſti
Sed bene tunc gaude ſuper hoc et ſedulus adde
Si male tunc plange ſuper hoc te durius ange

¶ De requie

¶ Cum vadas cubitum crucifixi fac tibi ſignum
Que mala compeſcas crucifixi pace quieſcas

¶ De dormitu

¶ Cum dormire velis ſtudeas vt primitus ores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Ante tuū ſompnū requieſcens dicito pſalmum
Occupet orantem te ſompnus premeditantem
In cruce diſtentū crucifixum ſanguinolentum
Corpore plagatum confoſſum dilaceratum
Pendentem laſſum pro te duriſſime paſſum
Qui cruce dormire voluit tormenta ſitire
Ne mortis dire poſſis feritate perire
¶ Sis memor orare benedicere glorificare
Ihesum qui flendo doluit pro te moriendo
Cui te cōmittas omni quo tempore viuas
Illud idem facias etiam dum ſurgere curas
Xpriſto ductore non vincitur ipſe labore
Nec viget in flore nec mundi gaudet honore
¶ Omnia que dixi laus gloria ſit crucifixi
Qui bene monſtrauit ꝙ nos feruenter amauit
In cruce pendendo pro nobis et moriendo
Hoc opus expletur crucifixi gloria detur
¶ Imponit finem
¶ Explicivnt verſus doctrine proficiendi
Et quia recta docent ideo ſunt corde tenendi
Qui legis cerne mundana negocia ſperne
Pro me dignare xpriſtum quandoꝗ rogare
Vt ſim ſaluatus crucifixo conſociatus
Qui michi veracem tribuat dum vixero pacem
Poſt obitum rite me ducat ad atria vite

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Per quem vita datur crucifixi crux recolatur
¶ Si vult dicat ita cui ſpes eſt benedicta
Et gemat et ploret ſuſpirans taliter oret
Salue crux ſancta qua dantur munera tanta
Fac tua me velle que ſunt michi noxia ꝑlle
Da michi virtutem veniam pacemqꝫ ſalutem
Dux michi viuenti protectio ſis morienti
Crux domini ſalue mortis contraria ſalue
Fac tibi me ſeruū ꝓcul hoſtē ꝑlle ꝓteruum
Crux bona crux alma crux inclita ſis michi palma
Qua mala compeſcam moriens in pace quieſcam
Fac tibi me digne famulari xpiſte benigne
Perdere regna poli ne perdi vtere noli
Te duce ſint mecum iheſu me ſuſcipe tecum
In te confiſum me ducas in paradiſum
¶ Lancea crux claui mors vulnera que toleraui
Oſtendunt qua vi miſeros a crimine laui
Qui non peccaui que ſunt bona ſemper amaui
Hoc pro gente graui mortis tormenta probaui
¶ Quō reſpondet xpiſti ſeruus perfectus
¶ Quis te leſit ita iheſu dulciſſima vita
Inſinua nobis cur bone paſtor obis
Gens mala gens auſa ſuſpendit me ſine cauſa
Pro mundi vita ſum crucifixus ita
¶ Explicit libellus de doctrina religioſoꝝ
Impreſſus in buſcoducis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
150 C 31